

44  
23 X

BOTANISCHES INSTITUT	
der Universität Wien	
Bibliothek	J.-Nr. 1798
Sign.	Q 1753

**PUGILLUS**

**PLANTARUM NOVARUM SYRIE**

E T

**TAURI OCCIDENTALIS**

**PRIMUS.**

---

AUCTORE

**EDUARDO FENZL.**

---

**VINDOBONAE**

APUD FRIDERICUM BECK, UNIVERSITATIS BIBLIOPOLAM.

**1842.**

C 175

3

J. N. 1748  
B 44/23.111

Dem berühmten Edm. Boissier  
entbietet seinen Gruß  
Ed. Fenzl.

Als ich mich mit der Beschreibung der Dialypetalen beschäftigte, die unter den syrischen Pflanzen von Kotschy gesammelt waren und die ich mir schon längst als noch nicht bekannt beiseite gelegt hatte, überbrachte man mir das letzte Heft des 16. Bandes der Annalen der Naturwissenschaften — im Dezember 1841 zu Paris herausgegeben — , aus dem ich mit Freuden ersah, daß Sie die von dem unglücklichen Aucher in dem gleichen orientalischen Lande aufgesammelten Schätze herausgeben wollen. Mit Freuden sagte ich, und umso freudiger werde ich, je größer meine Hochachtung vor Ihnen wird und je brennender das Verlangen ist, mit einem so bedeutenden Mann durch meine Studien in Verkehr zu treten. Was aber ist mir willkommener, was ersehnter, als mit Ihnen mich auf demselben Feld zu betätigen ? Was ist beglückender als ein so unerwartetes Vorzeichen ? Empfangen Sie also auch dieses geringfügige Unterpfand unserer gemeinsamen Versuche, das Ihnen vom Strand der Donau dargereicht wird, der Sie an der glücklichen Küste des Genfer Sees Ihren Sitz haben, die in noch immer frischer Betrübnis den trefflichen Candolle betrauert, aber doch mit immer frischem Laube grünt. Die erste Handvoll syrischer Pflanzen wird Ihnen hier dargeboten, ausgewählt aus einem größeren Heft, das unter dem Gepäck der Reise Russeggers, auch mit Figuren geschmückt, das Licht der Welt erblicken wird. In jenem Gepäck sind zweifellos sehr viele (Arten), die Ihnen aus der Ausbeute Auchers zur Hand sind, während wir unter den zahlreichen Kotschy-anern jene zahlreichen entbehren, die Sie aus Ihren Pflanzen der Welt mitgeteilt haben. Und das ist kein Wunder, da unsere Sammlung syrischer Pflanzen nur ein wenig über die Zahl von 700 Spezies hinausgeht, die Ihrige jedoch 4000 übersteigt! Es ist also klüger, die Hand davon zu lassen ! Und ich hätte das Meinige dem Ihrigen, das auch durch die Hilfe des Herbariums Candolles gesichert ist, unterstellt, wenn ich nicht ein Versprechen einlösen müßte, das ich schon längst einem befreundeten Reisenden gegeben habe, in dessen Begleitung diese Dinge von Kotschy gesammelt worden waren. Sie werden es also gut aufnehmen, wenn die eine oder andere Blüte aus Ihrem reichen Kranz von mir gepflückt wird, damit ich die Stirne unseres Mannes bekränze, der nicht verdienter, aber glücklicher als Ihr Aucher nach der Reise durch den Orient aus dem Inneren Afrikas wohlbehalten zurückgekehrt ist.

Ich schreibe Ihnen das, um meine Gesinnung Ihnen gegenüber offenkundig zu machen, und damit Sie wissen, warum dieses Büchlein von mir herausgegeben wird. Leben Sie wohl.

Am 1. Februar 1842.

ad frigida in tempore aut a subiectis oris aut emicentibus oculis  
propter frigida totalliter hoc ministerio non ostenditur aut non possit  
liberius sicutos aut suosque officia, ut multi ministeria nullum  
ad ministrandum possunt et in minus laudibus idem sunt.

# C L. E D M. B O I S S I E R

S. P. D.

E D. F E N Z L.

In describendis plantis dialypetalis, quas inter Syriacas a Kotschy collectas pridem tanquam nondum cognitas se posueram, versanti, ex voluminis XVI. annalium historiae naturalis fasciculus ultimus — *mense Decembri 1841. Parisiis evulgatus* — adfertur, ex quo Te gazas botanicas ab infelicissimo Aucher in iisdem Orientis plagiis compulsas editurum, laetus intellexi. Laetus inquam et tanto laetior, quanto major est Tui apud me existimatio et quanto ardenter jam pridem cum tanto viro comercii per studia desiderium. Quid autem nunc gratius mihi, aut quid exoptatius, quam tecum per eandem arenam decurrere? Quid tam inopinato omni faustius? Accipe itaque communicandorum conatum levidense etiam pignus, quod ab Istri ora porrigitur, Tibi ad Lemani beatum litus sedenti, quod etiam dum recenti adhuc luctu optimum Candolleum moeret, non caduca tamen fronde viret. Plantarum syriacarum pugillus primus Tibi offertur, ex ampliore fasciculo selectus, qui inter itineris Russegeriani sarcinas, etiam figuris ornatus, lucem videbit. Sunt inter istas procul dubio plurimae, quae Tibi ex Aucherianis spoliis praesto sunt, cum nos plerisque illis, quas ex Tuis cum orbe communicasti, inter Kotschyanas careamus. Nec mirum cum nostra syriacarum plantarum collectio septingentiarum specierum numerum parum excedat, Tua quater millesimum superet! Prudentius itaque manum de tabula! et mea Tuis, quae etiam herbarii Candolleani praesidiis tuta sunt, submissem, nisi amico peregrinatori, in eius committatu haec a Kotschy lecta sunt, data pridem fides etiam non esset solvenda. In bonam igitur partem Tu accipies, si unus vel

alter e ditissimo Tuo certo flosculus a me carpitur, ut nostri hominis, qui Tuo Aucherio non merentior sed felicior, post peragratum Orientem etiam ex Africae penetralibus incolmis rediit, frontem redimam.

Haec tibi scripsi ut meum in te animum palam faciam et scias, quare hic libellus a me edatur. Vale.

Dabam Calend. Februarii 1842.

---

## PAPILIONACEAE.

### 1. HAMATOLOBIA. Coronillearum genus novum.

*Calyx* campanulatus, semi-quinquesfidus, laciniis aequalibus. *Corolla* petala unguibus liberis, calyce brevioribus; *vexillum* magnum semi-orbiculare, in unguem rursus constrictum; *alae* supra unguiculum plica obliqua carinae margines excipientes, antice lobulis cohaerentes, demum liberae; *carina* naviculari compressa, acuta, alis subaequilonga. *Stamina* 10, filamento vexillari libero diadelpha, v. phalange enneandro usque ad basim 2—3 partito pleiadelpa; *Stylus* elongatus glaber. *Stigma* dilatato-compressum, imberbe. *Legumen* arcuatum anceps, articulis pluribus, turgidis, monospermis, indehiscentibus, reticulato-venosis, ad genicula constrictis, demum secedentibus, abortu plurium quandoque 1—2 spermum rostro sterili tunc superatum. — *Genus Ornithopo proximum.*

**H. lotoides;** perenne, prostratum, ramosissimum, villosum; foliis trifoliolatis, foliolis obovatis ellipticisque, stipulis foliaceis unilateralibus homomorphis; floribus aureis, 1—3 apice peduncularum axillarium umbellatis, bractea trifoliata umbellam subtendente.

Hab. in regione montana Tauri occidentali (Kotschy coll. n. 161).

**2. Onobrychis Kotschyana;** caulinus superne flexuosis, glabriusculis; foliolis oblongis v. linearibus, mucronatis, primum sericeo-niveis, demum supra glabris, subtus adpresso-puberulis, viridi-canis; spicis demum longissimis; vexillo obovato v. subrotundo carina subtriante breviore, calycis laciniis subsuperante, alis linearis-oblongis, obtusis, calyce dimidio brevioribus; legumine calyce breviore oblique obovato, crista obsoleta, apice truncata v. emarginata spinoscentibus angulis bicorni, faciebus lacunoso-rugosis, 3—4 spinis, adpresso-pubescentibus.

Hab. in Syria circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 170).

O. gracili et albae quodammodo affinis.

**3. Lathyrus amoenus** (Sect. EULATHYRUS DC.); glaberimus, caulinus diffusus, tetragono-bialatus; foliis subsessilibus unijugis v. (cirrho in foliolum mutato) trifoliolatis, foliolis cunctis oblongo-lanceolatis, subseptemnerviis, mucronatis; cirrhis trifidis; stipulis semisagittato-ovatis, acuminate, inferioribus latissimis, petiolo longioribus, superioribus angustioribus ipsum aequantibus; pedunculis axillaribus unifloris, vexillo 2—4 plo longioribus, bracteola minima setacea; calycis laciniis tubo 2 plo longioribus trianguli-subulatis; vexillo ample calyce plus duplo exerto; staminum vagina calyce triente longiore; legumine ensiformi 5—8 spermato, exalato.

Hab. in Syria prope Beirut (Kotschy coll. n. 176).

L. annuo proximus, foliis omnibus homomorphis, stipularum indole ac magnitudine, floribus longe majoribus ac calycis laciniis tubo duplo longioribus, nec aequilongis, diversus.

+; filamenta epitecystisiforme dilatata. Ovarium sspile; arcuatam, -multiovulatam.

Spathe subrectangulo inclinatus etc.

+ Semina subrotunda, compressa subula, vobis ventrali, pyramideiforme.

+ circa Goelock.

**4. Vicia sericeocarpa;** annua, caulinibus adscendentis-diffusis, simplicibus; foliis 5—8jugis, foliolis linearis-lanceolatis ac cuneato-linearibus, obtusis retusisve, mucronatis, supra glabriusculis, subtus subadpresso-pubescentibus; floribus axillaribus solitariis, luteis, *calycis hirsuti tubo pedunculum villosum aequante*, ore obliquo, laciinis subulatis, infimo longissimo tubum subsuperante; vexillo magno, obovato-oblongo, calyce 2½plo, alis ¼ longiore, *glabro*; legumine pendulo oblongo, 4—6spermo, turgido, *sericeo-villoso*, pilis rectis, basi tuberculo nullo insidentibus.

Hab. in *regione inferiore Tauri occidentalis* (Kotschy coll. n. 151).

Proxima V. luteae, foliorum indole, pedunculis cum calyce dense villosis (nec glabratris), ac leguminibus pube basi haud incrassata sericeis diversa.

**5. Cicer floribundum;** glanduloso-pubescentis; caule simplici erecto; foliis omnibus impari-pinnatis, 4—6jugis, foliolis subrotundis, ovalibus oblongisve, argute serratis, serraturis spinuloso-mucronatis, impari mutico v. cuspidato v. subcirculari; stipulis ovatis v. cordatis, bi-multidentatis; racemis axillaribus ac terminalibus 1—5floris, folia subaequantibus v. subsuperantibus, bracteis suborbicularibus grosse dentatis; calycis hiantis laciinis linearis-subulatis, tubo basi saccato-gibbo duplo longioribus, vexillo amplissimo dimidio brevioribus; alis staminum phalangi supra basim unguibus adhaerentibus.

Hab. in *regione inferiore Tauri occidentalis* (Kotschy coll. n. 167).

C. soongarico proximum, foliis omnibus impari-pinnatis, ac racemis plurifloris foliaceo-bracteatis diversum.

**6. Astragalus andracmaefolius** (Sect. TRAGACANTHEAE DC.); foliolis 8—18jugis (2—6" lg.) subsessilibus, ovalibus, ellipticis, oblongisve mucronatis, carnosulis, glaberrimis v. subtus puberulis, petiolis pilosulis, demum glabris; stipulis triangulari-ovatis, attenuatis, villoso; floribus capitato-verticillatis, capitulo globoso, compacto, multifloro; calycibus niveo-villosissimis, semiquinquefidis, laciinis subulato-setaceis, corolla (9—12" lg.) ⅓—⅓ brevioribus; vexillo glaberrimo oblongo, lamina basi auriculato-hastata, convoluta, ungue cuneato-lineari subaequilongo, alis linearibus vexillo subbrevioribus, unguiculis filiformibus calycem subaequantibus v. subsuperantibus; legumine oblongo, calyce breviore, niveo-vilosissimo.

Hab. in *regione inferiore Tauri occidentalis ac circa Aleppo* (Kotschy coll. n. 132; ej. pl. alepp. n. 258).

Affinis A. longifolio, ramis tamen elongatis, foliis carnosulis mucronatis, nec coriaceis spinoso-cuspidatis cumque floribus 2—3plo minoribus diversus.

**7. Astragalus amoenus** (Sect. RADICIFLORI DC.); acaulis, sericeo-incanus; caudicibus caespitantibus, squarroso-ramosissimis, abbreviatis, imbricato-squamatis; foliolis (1—3" lg.) 4—7jugis, obovato-rotundatis, plurimis complicatis; pedunculis foliis longioribus; spica multiflora capituliformi ovata; calycibus subsessilibus tubuloso-infundibuliformibus, fructiferis haud fissis; vexillo calyce duplo longiore obovato-oblongo, retuso, *glabro*, alis linearibus quadrante longiore; leguminibus subinflatibus oblongis, acutis, hirsutis, calyce duplo longioribus.

Hab. in *summis alpibus Tauri occidentalis* (Kotschy coll. n. 124).

Inter congeneres A. nigrescenti, pygmaeo ac pumilioni quodammodo affinis.

**8. Astragalus pelliger** (Sect. SYNOCHREATI DC.); *sericeo-villosissimus, subacaulis; caudiculis caespitantibus, flagelliformibus, apice vaginatis; stipulis tenerime membranaceis, villosissimis, concretis, marginibus liberis, latis imbricato-virginantibus; foliolis (1 $\frac{1}{2}$ —3 $\frac{1}{4}$  lg.) 2—6jugis, late ovalibus v. elliptico-ovobatis, obtusis v. acutiusculis, plurimis complicatis; pedunculis foliis ac spica globosa, villoso-hirsutissima brevioribus; bracteis infimis latissimis ovatis, calyce dimidio brevioribus; vexillo oblongo-elliptico acuto, dorso cum alis, calycem aequantibus, carina ac leguminibus villoso-hirsutissimo.*

Hab. *cum praecedente in alpium cacuminibus Tauri occidentalis* (Kotschy coll. n. 125).

Inter A. synchreatos nullo propius affinis, ne vix A. emarginato.

**9. Astragalus aemonotrichus** (Sect. HYPOGLOTTIDEI DC.); *subacaulis; caudiculis debilibus, humifusis, nudis; stipulis concretis, oppositifoliis, laxe imbricatis, herbaceo-membranaceis; foliolis (1 $\frac{1}{2}$ —6 $\frac{1}{4}$  lg.) 9—16jugis, ovali- v. linear-oblengis, obtusis v. retusis, muticis, pube medi-fixa strigosa subcanescentibus; pedunculis adscendentibus, foliis subbrevioribus; spicis capitatis multifloris, bracteis oblongo-lanceolatis, calycis tubo dimidio brevioribus; calycibus tubulosis pube incediformi nigra strigosis; vexillo obovato obtuso, glabro, calyce duplo longiore; ovario viloso.*

Hab. *in cacuminibus alpium Tauri occidentalis* (Kotschy coll. n. 121).

Astragalo bicolori Lam. e descriptione proximus, nisi idem.

**10. Trifolium xerocephalum** (Sect. VESICASTRUM Ser.); *glabratum, multicaule; stipulis longe acuminatis, membranaceis; foliolis oblongatis, late ellipticis v. oblongis, argute serrulatis, multistriatis, firmis; capitulis subsessilibus, bracteis cuneatis, cuspidatis; calycibus turbinato-inflatis, glabris, utrinque linea decurrente villosulis, aveniis, multistriatis, laci-niis tubo dimidio brevioribus, subulatis; legumine 1spermo.*

Hab. *in Syria prope Suedie ad ostia Orontis* (Kotschy coll. n. 139) ◎.

Affine T. vesiculosum, bractearum indole, calyce minime reticulato, glabro ac legumine 1spermo diversum.

**11. Trifolium erubescens** (Sect. CHRONOSEMIUM Ser.); *glaberrimum, caulis filiformibus erectis; foliolis obovatis denticulatis, sessilibus; stipulis petiolo brevioribus; pedunculis axillaribus elongatis; spicis capituliformibus laxifloris roseis, pedicellis defloratis reflexis; calyce glabro, laci-niis inferioribus tubo duplo longioribus apice pilosulis, vexillo subtriplo brevioribus; legumine 1spermo stipitem stylumque aequante.*

Hab. *cum praecedente* (Kotschy coll. n. 141) ◎.

Habitu Tr. filiformi accedit.

**12. Ononis Kotschyana**; *fruticulosa, humilis, caulis abbreviatis, adscendentibus; stipulis oblongis obtusis, denticulatis; foliis omnibus trifoliolatis, foliolis obovato-orbicularibus, subretusis, denticulatis glanduloso-subpubescentibus, minutis; floribus 1—2, solitariis, axillaribus, flavis, pedicellis 1floris, follis sublongioribus, aristatis; calycis laci-niis setaceis, tubo duplo longioribus, vexillo quadrante brevioribus.*

Hab. *in Tauro occidentali* (Kotschy coll. n. 153).

Habitu O. cenisiae, proxima O. vaginali.

**genistoides**

**13. Lebordea lotoides;** suffruticosa prostrata, subsericeo-canescens; foliis petiolatis trifoliolatis, foliolis oblongis lanceolatis; corolla flava sericeo-pilosa, calyce exserta, vexillo amplio, ovato-orbiculari, reflexo, carinam subaequante; legumine cuneato-obovato, calyce sublongiore.

Hab. in Tauri occidentali (Kotschy coll. n. 189).

**ROSACEAE.**

**14. Potentilla Kotschyana** (Sect. POTENTILLASTRUM Ser.); patentim-pilosa, eglandulosa; caule elongato, erecto, superne dichotome ramoso, pilis paucioribus tuberculo insidentibus, plurimis basi haud incrassatis subhirsuto; foliis inferioribus ac mediis longe petiolatis quinato-, superioribus sessilibus ternato-palmatisectis, concoloribus, lobis inferiorum obovatis, floralium demum cuneato-oblongis sive lanceolatis, inciso-serratis, serraturis omnium porrectis, integrerimis, illorum 5—9, ovatis oblongis brevioribus, horum longioribus linearibus, summorum 3, medio productiore; stipulis mediis semiovatis, plurimis inaequi-2—3fidis; inflorescentia foliosissima, pedicellis fructiferis flaccide recurvis; calycis demum acuti lacinulis externis lanceolatis, integrerimis v. bi-trifidis, internas ovatas subsuperantibus; corolla calyce sublongiore flava; stylis apicalibus basi incrassata glandulosis; receptaculo piloso; carpellis obsolete rugosis, haud marginatis.

Hab. in subalpini et alpinis Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 182).

Habitu P. norwegicae, foliis salisburgensi, stylis hirtae affinis, proxima intermedia.

**15. Potentilla pulvinaris** (Sect. POTENTILLASTRUM Ser.); villosa, pulvinatim caespitans, nana; caudicibus crassis, clavatis, caulinulis 1-sub 2floris, subnullis v. elongatis, oligophyllis; foliis confertissime rosulatis, petiolatis, quinato-palmatisectis, caulinis superioribus sessilibus simplicibus, lobis minutis imbricatis, subcomplicatis, obovatis v. subrotundis, basi brevissime cuneatis, majoribus 5—7-, minoribus 2—3serratis, serraturis porrectis, ovatis v. obovatis, obtusis, marginibus apiceque villo confluente sericeo-barbatis; calycis lacinulis interioribus, ovato-lanceolatis, exteriore lineares obtusas superantibus; petalis croceis v. subtus purpureo-variegatis, calyce duplo longioribus.

Hab. in Tauri occidentalis alpium cacuminibus (Kotschy coll. n. 179).

P. nevadensi Boiss. proxima. Facile P. geranoidis var. alpina.

**GERANIACEAE.**

**16. Pelargonium (JENKINSONIA) Endlicherianum;** molliter pubescens; rhizomate polypehalo, crasso, caulinibus simplicibus erectis; foliis radicalibus reniformibus, grosse crenatis, sumis ultra medium 5fidis, lobo medio majore trapezoideo, cuneato, crenato-inciso; umbella terminali, longe pedunculata, 3—8flora; petalorum posticis duobus maximis, obovato-cuneatis, subtruncatis, repando-undulatis, roseis, venis 5 ramosis purpureis, anticis tribus inaequalibus, calyce dimidio brevioribus, oblongis, integris, v. 2—3fidis; staminibus declinato-adscendentibus, glabris, basi monadelphis, fertilibus sterilia dimidio superantibus.

Hab. in montibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 109).

Nec ulla cognitarum specierum generis vastissimi propius affinis.

7

EUPHORBIACEAE.

**17. Euphorbia Kotschyana**; fruticosa, erecta; foliis brevē petiolatis, lanceolatis, obtusis, chartaceis, *supra nitidis, subtus cum caule velutino-tomentosis*, involucralibus similaribus; umbella multiradiata, iteratodichotoma; involucris amplissimis, *semiorbicularibus, rotundatis, subplano-connatis, sinu comissurali utrinque brevissimo*; involucelli glaberrimi laci niis rotundatis, glandulis melleis semilunari-excisis, bicornibus; capsulis seminibus laevissimis.

Hab. in montosis Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 480).

Proxima E. Wulfenii ac Characiae.

HYPERICINEAE.

**18. Triadenia Russeggeri**; fruticosa, prostrata, elongato-ramosissima, glauca; foliis cuneato-oblongis sive lanceolatis, obtusis; cymis 1—7floris pedunculatis, terminalibus, alaribus v. axillaribus, pedicellis caly- cem aequantibus; calycis laciniis oblongis, obtusis, androphoros dimidio, corolla subtriplo brevioribus; petalis spathulato-oblongis; pistillo sub anthe si calyce subdimidio, stylis ovario duplo brevioribus.

Hab. in Syria prope Svedie ad ostia Orontis (Kotschy coll. n. 101).

Affinis T. thymifoliae Spach.

**19. Hypericum venustum** (Sect. ADENOSEPALUM Spach); glaberrimum; caule erecto, simplicissimo v. superne subramoso; strictissi- mo, erecto ~~+ quadrangulo~~; foliis sessilibus, semiamplexicaulibus ovatis ~~v.~~ ob- tussissimis; thyro terminali, remoti-rameo, oblongo, folioso, cymulis coar- tato-corymbiformibus 2—7floris; pedicellis calyce dimidio brevioribus; caly- cis laciniis oblongis v. lanceolatis cum bracteis similaribus, margine glan- duloso-ciliatis; petalis calyce subtriplo longioribus ~~v.~~ ovalibus, cum stamini- bus in punctatis.

Hab. in montosis ac subalpintis Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 100).

H. pulchro quodammodo affine.

**20. Hypericum pulverulentum** (Sect. DROSOCARPIUM Spach.); fruticosum, humile, cinerascenti-hirtum; caulibus simplicissimis adscendentibus, teretibus; foliis sessilibus, ovalibus oblongisve obtusissimis, subtus nigro-punctatis, axillis non gemmiferis; thyro terminali aphylo, confertifloro, fastigato, cymulis racemiformibus 2—7floris; calycis laciniis linearibus v. lanceolatis, acutis, cum bracteis similaribus nigro-punctatis, margine glanduloso-subciliatis, corolla subtriplo brevioribus; capsulae val- vulis dorso bivittatis, margine vesicularum serie oblique rugosis.

Hab. in montosis Tauri occidentalis (Kotschy. — Specimen unicum).

Hujus sectionis cognitarum specierum nullae affinis.

**21. Hypericum myrtilloides** (Sect. HOLOSEPALUM Spach.); glaberrimum, fruticosum, humile, ramis erectis, striatis; foliis petiolulatis, ovalibus oblongisve obtusissimis, subtus ad margines nigro-punctatis; axil- lis plurimis gemmiferis; floribus sparsis, terminalibus 1—3, pedicellis calyce longioribus; calycis laciniis nunc aequalibus ovato-lanceolatis, nunc exter- nis foliaceo-elongatis inaequalibus, nigro-punctatis, aliis integerrimis, aliis subglanduloso-ciliatis, corolla duplo brevioribus; valvulis multivittatis.

Hab. in Syria prope Svedie (Kotschy coll. n. 108).

Nullae cognitarum specierum proprius affinis, transitum in Adenosepalas et  
Olympiae species moliens.

### CARYOPHYLLACEAE.

(*Sileneae*).

*Traub Fr. subbreviore*

*fructe oblonga*

*lc'*

*f. linearis*

**22. *Silene Sieberi*** (Sect. SIPHONOMORPHA Ott.); perennis, multicaulis v. simplex, *turionibus haud elongatis*, caulis erectis simplissimis v. *virgato-subramosis*; foliis radicalibus longe petiolatis, ellipticis v. *oblongis*, acutis, caulinis lanceolatis cum caule pube cana hirsutis; *cyma longe pedunculata*, terminali, 1—5flora, ramorum 1—2flora, eglandulosopuberula, bracteis herbaceis subulatis, *pedicellis elongatis*, erectis; *calyx cylindrico-clavato* ( $1-1\frac{1}{2}$ " lg.); petalorum lamina semibifida, basi coronata; *carpophoro capsula oblonga* *sesquilociore*.

Hab. in *regione montana ac subalpina Tauri occidentalis* (Kotschy coll. n. 76).

*S. flavescenti* habitu proxima, caeterum *S. italicae* ac *chloraefoliae* affinis.

**23. *Silene crassipes*** (Sect. SIPHONOMORPHA Ott.); annua, caule stricto simplici v. *virgato-ramoso*; foliis *lanceolatis ac linearibus*, *acutis*, cum caule eglanduloso-scabris, trinerviis; *cyma terminali* solitaria v. 2—3, *corymboso-fastigiatis*, *confertifloris*, *foliosis*; floribus erectis, subsessilibus; calyx cylindrico-subclavato, angusto, angulis scaberrimo, eglandulosus; petalis minutis, lamina cuneato-linearis emarginata, basi coronata; capsula ovoidea, *carpophoro sublongiore*.

Hab. in *Syria prope Svedie ad ostia Orontis et circa Aleppo* (Kotschy. — Specimen unicum; ej. pl. alepp. n. 113).

*S. reticulatae* proxima, cumque illa *S. linicola*, striatae ac muscipulae consocianda.

**24. *Silene lasiopetala*** (Sect. SIPHONOMORPHA Ott.); perennis, caudicibus proserpenti-caespitantibus, *turionibus elongatis*; caulis strictis, hirtis, superne viscidis; foliis anguste linearis-lanceolatis, acuminatis, in petiolum attenuatis, marginato-trinerviis, rigidulis, utrinque hirtis; cymis 1—3floris, longe pedunculatis, ternatis fastigiatis, v. pluribus per thyrsum paniculaformem, remotissime brachiatum, effusum dispositis; floribus primum nutantibus, pedicellis calyce turbinato glabro dimidio duplo brevioribus; petalorum unguibus cum staminibus villosis; *carpophoro capsula duplo breviore*.

Hab. in *regione montana Tauri occidentalis* (Kotschy coll. n. 83).

Proxima *S. longipetala*; fortasse hujus varietas angustifolia.

**25. *Silene arguta*** (Sect. RUPIFRAGA Ott.); basi suffruticosa, ramosissima, *turionibus elongatis*, caulis strictis simplicibus, 1—5floris hirtis; foliis rigidulis, *anguste lanceolatis v. sublinearibus*, acuminatis, *hirsutissimis*; *cyma elongata*, contracta; *calycibus cylindricis* (8—10" lg.); *ad angulos cum pedicellis plerumque elongatis glanduloso-hirsutis*, scabris, petalorum lamina semibifida, basi coronata, lacinias oblongis; *carpophoro capsula oblonga triplo breviore*.

Hab. in *subalpinis ac alpinis Tauri occidentalis* (Kotschy. — Specimen unicum).

Affinis *S. linifoliae* Sibth. ac *inapertae* L.

**26. Silene pharmacefolia** (Sect. RUPIFRAGA Otth.); suffruticulosa, caespitans; caulibus simplicissimis 1—3floris; foliis carnosulis, canaliculato-siliformibus, obtusis, laevis, margine villoso-ciliatis, imbricatis, erectis v. apice patulis; pedicellis sub anthesi bracteis membranaceo-marginatis brevioribus, erectis, fructiferis longissimis; calyce clavato, subnudo, fructifero ovoideo (3—4" lg.); petalorum lamina biloba, basi bilamellato-appendiculata; carpophoro brevissimo.

Hab. in alpibus cacuminibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 71).

Habitu affinis S. falcatae Sibth., caeterum diversissima.

**27. Silene microsperma** (Sect. SIPHONOMORPHA Otth.); annua, a basi divaricato-ramosa, pubescenti-scabra; caulibus in cymam iterato-dichotomam foliosam solutis; foliis infimis spathulato-oblongis sive linearibus, superioribus linearibus mucronatis canaliculato-complicatis, patentibus; floribus sparsis, alaribus et axillaribus, pedicellis erectis, calycem aequantibus v. dimidio brevioribus; calyce cylindrico-clavato (6—8" lg.), laciiniis subulatis acuminatis; petalorum lamina semibifida, laciiniis linearibus, basi bigibbosa; capsula oblonga, carpophorum aequante v. subsuperante; seminibus minimis, laevissimis.

Hab. in Syria prope Svedie, ad ostia Orontis (Kotschy. — Specimen unicum)

Proxima S. lineari Decaisne.

**28. Silene odontopetala** (Sect. BEHENANTHA Otth.); hirsuta, scabriuscula; radice multiplici, turionibus abbreviatis, cum caulibus simplicibus, superne glanduloso-villosis, erectis; foliis lanceolatis ac lanceolato-linearibus acutis, uninerviis; cyma terminali 3—10flora, v. geminis aut ternis, lateralibus tunc brevioribus paucifloris; floribus erectis, pedicellis fructiferis calycem demum aequantibus v. 2—3plove superantibus; calyce ampio campanulato, laciiniis late triangularibus acuminatis; petalorum lamina bifida, laciiniis linearibus basi utrinque unidentatis, basi constricta, bigibbosa, ungue late biauriculato.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 82).

Proxima S. auriculatae Sibth.

**29. Silene stentoria** (Sect. SIPHONOMORPHA Otth.); suffruticosa; caudicibus elongatis, ramosis, turionibus polyphyllis rigidis, caulinibus strictis unifloris; foliis linearibus, subulatis, rigidissimis, saepe subfalcatis, trinerviis, puberulis; calyce fructifero (1½" lg.) (late clavato) reticulato-venoso, laciiniis ovatis acutis; (petalis. T); carpophoro capsula sesquiongiore.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy. — Specimen unicum).

S. linifoliae ac argutae quodammodo affinis.

**30. Gypsophila venusta** (Sect. STRUTHIUM Ser.); perennis, glauca; caulibus elatis, flexuosis, ramosissimis, glabris, ramis effusis, polyphyllis; foliis patentibus, majoribus late, minoribus angustius lanceolatis, acutis, margine subtusque ad nervos puberulis, axillis haud fasciculiferis; cymis di-trichotome-paniculatis, effusis, bracteolis subulatis, herbaceis, membranaceo-marginatis, calyce post anthesim duplo brevioribus; petalis obovato-cuneatis, truncato-retusis, maximis, unguiculis purpureis calyce subduplo exsertis.

late  
glabro.

Sycon. S. linearis Decaisne:

bilamellato-appendiculata pubescens.

oblongis,

lige: Turbinato-inflat, supra-modum  
sentior in bigibboso-attenuato,  
Tectorum angustis <sup>calyx subcrenatis</sup> glabros, apice auricul.  
lati, lamini <sup>obovatis</sup> minimis, reticulatis, basi  
margin <sup>minimis</sup> unidentatis, <sup>reticulatis</sup> gibbos-appendiculatis;

Hab. in Syria circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 221).

Habitum G. Arrostii ac paniculatae, inflorescentia perfoliatae, floribus magnitudine ac forma G. (*Heterochroae*) violaceae, inter congeneres facile speciosissima.

**31. Gypsophila curvifolia** (Sect. STRUTHIUM Ser.); caudicibus lignosis, ramosissimis, prostratis, cortice fissili; caulis strictis, simplicibus v. inaequi-dichotome florigerō-ramosissimis; foliis subradicalibus trionumque confertissimis, vaginis imbricatis, triquetro-filiformibus, plurimis homomallo-falcatis, glaucis, glabris v. margine scabriusculis, caulinorum axillis haud fasciculiferis; cymis glanduloso-pubescentibus 3—8floris, effuse paniculatis; pedicellis infimis calyce 3plo, summis sensim subdupo longioribus; calycis lacinias acuminatis; petalis cuneatis calyce duplo longioribus, purpureis.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 64).

Proxima G. acutiflorae var. parviflorae (G. glauca Stev.).

**32. Dianthus axilliflorus** (Sect. ARMERIASTRUM Ser.); annuus (?); caulis simplicibus v. dichotome virgato-ramosissimis, elongatis, erectis, obtusangulis; foliis anguste linearibus, superioribus linearis-subulatis, 3—5nerviis cum caulis glabris v. pubescentibus, erectis; floribus longitudo ramorum sessilibus, axillaribus, solitariis v. binis, terminalibus pluribus fasciculato-aggregatis; squamis calycinis chartaceis, adpresso-imbricatis, ovalibus, cuspidato-mucronatis, supra medium purpureo-lineolatis; calycis glabri, 2—3plo longioris, tubo longitudinaliter quinquezonato, zonis 3—5striatis, dentibus cuspidatis, multistriatis; petalis calyce dimidio longioribus, purpureis, lamina late cuneata, apice inciso-5—7dentata, intus puberula.

Hab. in arvis prope Karanlis Ciliciae ad ostia Tarsus (Kotschy coll. n. 579).

Affinis D. racemoso Vis., remotius D. Seguieri.

**33. Dianthus striatellus** (Sect. CARYOPHYLLUM Ser.); annuus (?), glaber, multicaulis; caulis elongatis, simplicibus v. virgato-ramosissimis, erectis; foliis radicalibus, congestis, rosulatis, linearibus v. linearis-lanceolatis, carinatis, ciliatis, fugacibus, caulinis angustioribus elongatis, erectis, trinerviis; floribus terminalibus solitariis; bractearum pari summo squamis calycinis 4 v. 6, late ovalibus v. suborbicularibus cuspidatis adpressis, remoto v. basilari, setaceo; calycis tubi, demum 2—3plo exserti, estriati dentibus ~~recto~~-oblongis sinibusque striatis; petalorum lamina obovata, denticulata, intus subpilosa, exappendiculata, purpurea, subtus flavoviridula.

Hab. in Syria prope Svedie ad ostia Orontis et in regione inferiore Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 88).

Affinis D. diffuso Sm.

**34. Dianthus brevicaulis** (Sect. CARYOPHYLLUM Ser.); pumilus, arctissime caespitosus; caulis oligophyllis unifloris; foliis glaucis, erectis, basi imbricato-vaginantibus, linearibus, canaliculatis, rigidulis, acutis v. obtusis, carinatis, nervis marginantibus incrassatis, ciliatis; squamis calycinis 4 v. 6, submembranaceis, coloratis, nunc omnibus oblongis in cuspide herbaceum subaequilongum, trinervium, patulum sensim attenuatis, nunc interioribus ovalibus, abrupte cuspidatis, calycis tubo striato, versicolori, di-

midio duplove brevioribus; petalorum lamina ungue 2plo breviore, suborbiculari-ovata, denticulata, facie puberula, exappendiculata.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 91).

Num D. neglecti v. pumili varietas? Dianthus leucophaeo Sm. pariter affinis.

**35. Dianthus zonatus** (Sect. CARYOPHYLLUM Ser.); *suffruticosus, multiceps; caudicibus obsoletis v. abbreviatis, tortuosis, imbricato-squamatis, turionibus fasciculiformibus, caulis strictis, elongatis, simplicibus v. superne abbreviato-virgato-ramosis, foliis radicalibus in comas strictas congestis, elongato-linearibus, 5–7nerviis, cum caulis glabris v. subpubescentibus, margine scabris, caulinis hyalino-ramosis; floribus solitariis, terminalibus, uno altero v. ramuli abortu axillari; squamis calycinis 4, v. bractearum pari summo oblongo cuspidato admoto 6, late ovalibus v. ellipticis, mucronatis, adpressis, margine scariosis; calycis 2–3plo longioris striati, dentibus medio purpureo-zonatis; petalorum lamina ungue subtriplo breviore, obovato-subrotunda, denticulata, purpurea, basi atropurpureo-zonata, barbata, subtus viridula.*

Hab. in regione inferiore ac alpina Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 87).

D. caryophyllo habitu, minime vero florum indole affinis.

**36. Dianthus actinopetalus** (Sect. CARYOPHYLLUM Ser.); *suffruticosus; caudicibus ramosis, abbreviatis v. flexuoso-elongatis, prostratis v. adscendentibus, turionibus fasciculiformibus, caulis axillaribus, elongatis, strictis, simplicibus v. apice abbreviato-ramosis; foliis radicalibus confertissimis, praelongis, linearibus, erectis, 7nerviis, glabris, margine scabris, glaucis; floribus paucis subracemose- v. subfasciculato-confertis, quandoque solitariis; squamis calycinis 6 v. 8, ovalibus oblongis adpressis, breve mucronatis v. cuspidatis, margine scariosis, bracteis basilaribus attenuato-subulatis plerumque superatis; calyx longissimo striato; petalorum unguibus longe exsertis, lamina obovata, dentata, basi barbata, rosea.*

Hab. in regione inferiore Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 89).

D. caryophyllo proximus.

(Alsineae).

**37. Cerastium gnaphalodes** (Sect. ORTHODON Ser.); *floccoso-vilosissimum, inferne demum glabratum, laxe caespitans; caudiculis tenuissime filiformibus, intricato-ramosissimis, radicantibus, turionibus elongatis axillis prolificantibus, caulinis debilibus basi haud lignescente solum fasciculiferis, geniculis demum remotis, non incrassatis; foliis subradicalibus congestis, patentissimis, abbreviatis, subspathulatis v. oblongis, basi angustatis, obtusissimis, caulinis linearibus v. lineari-lanceolatis, marginibus incrassatis demum subrevolutis, turionum apice turbinato-congestis, lana nivea involucratis; cyma cum pedicellis erectis demum elongata, 1-pauciflora; bracteis calycis laciniis oblongo-linearibus, semiscariosis, obtusis homomorphis; petalis late obocordatis, calycem aequantibus v. subsuperantibus.*

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 53).

Habitu C. alpini var. lanati, e foliorum, bractearum ac calycis indole C. grandifloro proximum.

**38. Alsine decipiens** (Sect. MINUARTIA Fenzl); annua, glanduloso-pubescent; caulis diffuse ramosus, v. simplicibus erectis; foliis caulinis bractealibusque linearis-subulatis, 3—7nervis; cymis multoties iteratis, squarroso-dichotomis, confertis turre corymboso-paniculae- v. fasciculiformibus; floribus 10andris, sessilibus, insimis quandoque subsessilibus, summis bracteas subsuperantibus; calycibus pyramidalibus, rigidis, basi cartilagineo-gibba truncatis, lacinii subinaequalibus, linearis-subulatis, mucronatis, viridi-trinerviis; petalis 5, anguste lanceolatis, calyx dimidio brevioribus, disci perigyni lobis staminiferis membranaceis subquadratis; capsula calyce multo "reiore, anguste cylindrica, 4—6sperma; seminibus oblongis, dorso subtilissime muricatis.

Hab. in regione inferiore Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 60).

Affinis A. Smithii (*Ar. fasciculata* Guan, L. et Sibth.) et A. campestris (*Minuartiae* L.).

#### VIOLARIEAE.

**39. Viola modesta** (Sect. MELANIUM DC.); annua, glabra v. subpubescens, subcaulis v. caulescens, erecta; foliis imis petiolatis, ova-tatis, rotundatis, integerrimis v. obtuse grosse-crenatis, reliquis sensim angustioribus ac longioribus, summis lanceolatis, remote ac obsolete serratis; stipulis linearibus v. lanceolatis, integris v. utrinque paucidentatis; floribus axillaribus, pedunculis longissimis ebracteatis; calycis lacinii lanceolatis acutis, appendiculis linearis-oblongis rotundatis, lamina dimidio brevioribus, calcare obtusissimo subdimidio longioribus; corolla calyce  $\frac{1}{2}$ —2plo exserta.

Var.  $\alpha$ . *grandiflora*; caulescens, digitalis et altior, pedicellis  $1\frac{1}{2}$ —3uncialibus; corolla dilute caerulea, calyce subdupo majore.

Var.  $\beta$ . *parviflora*; acaulis, demum subcaulescens, pedicellis  $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ uncialibus; corolla flava v. subcaerulecente, calyce subdimidio exserta.

Hab. var.  $\alpha$ . in Syria prope Svedie ad ostia Orontis (Kotschy coll. n. 50); var.  $\beta$ . in arvis circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 25 et 260).

Proxima V. *parvulae* Tineo (*V. tenella* Poir. — *V. tricolori* var.  $\alpha$  et  $\pi$  DC. prod.), stipulis (minime lyrato- v. subdigitato-partitis), pedicellis ebracteatis floribusque majoribus distincta.

**40. Viola crassifolia** (Sect. MELANIUM DC.); annua (?), prostrata, multicaulis, simplex v. subramosa, glaberrima; caulinis adscendentibus, paucifloris; foliis suborbicularibus, ovato-subrotundis, ovalibusque carnosis, enerviis, integerrimis, obtusissimis, petiolo lamina parva  $1\frac{1}{2}$ —3plo longiore, summorum aequilongo; stipulis foliaceis, foliis dimidio brevioribus, linearis-oblongis, oblongis v. subspathulatis, obtusis, in petiolum lamina aequilongum attenuatis, integerrimis; pedicellis foliis 2— $2\frac{1}{2}$  longioribus, ad apicem bibracteolatis; calycis lacinii oblongis obtusiusculis, corolla caerulea dimidio brevioribus; petalis calycis lacinii sesquialtieribus, appendiculis rotundatis brevissimis dimidio longiore, crasso, obtuso.

Hab. in summis alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 49).

Proxima V. nevadensi Boissier, duratione ac stipulis praesertim diversa. An haec V. *crassiuscula* Bory?

**41. Viola pentadactyla** (Sect. MELANIUM DC.); annua, simplex erecta, v. multicaulis patula; caulis puberulus, cotyledonibus per-

anthesim persistentibus; foliis, accendentibus stipulis homomorphis integerrimis v. bipartitis, 3—5phyllis, radicalibus suborbicularibus, inferioribus ac mediis spathulatis ac subspathulato-oblongis, summis linearibus v. cuneato-linearibus, rotundatis, carnosus, glabris, margine subglanduloso-ciliatis; stipulis folia aequantibus, bipartitarum foliololo extimo  $\frac{1}{2}$ —3plove minore; pedicellis foliis longioribus, supra medium bibracteolatis; calycis laciniis linear-lanceolatis, corolla caerulea duplo brevioribus; calcare appendiculis acutiusculis duplo longiore.

Hab. in Syria, circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 30).

Praecedenti inter cognatas affinior. Num V. spathulata Willd. (DC. prod. 1. 306) ? sed haec perennis.

#### CRUCIFERAE.

**42. Arabis androsacea** (Sect. PSEUDOARABIS C. A. Meyer); perennis, caespitans, pube simplici villosa; turionibus abbreviatis, caulinis simplicissimis, erectis, foliosis; foliis subradicalibus rosulatis, turionum confertissimis, patentibus, junioribus lana marginibus apiceque congesta niveo-serviceis, spathulato-linearibus, linear-oblongis-lanceolatis, obtusis, integrerrimis, caulinis sessilibus, linearibus v. ovato-linearibus, quandoque obsolete paucidentatis; racemo fructifero parum elongato, pubescente, pedicellis patulis, siliquis subdupo brevioribus; petalis albis, obovatis, calyce sesquiduplo longioribus; siliquis semipollicaribus, valvis rigidis carinatis, venosis; seminibus immarginatis.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 28).

Arabidi procurrenti inter congeneres hujus sectionis affinior reliquis.

**43. Hesperis Kotschyana** (Sect. ARABIDIUM C. A. Meyer) annua (?), pube ramosa brevi hirsuta; radice simplici fibrosa; caule simplici erecto; foliis radicalibus ac inferioribus in petiolum attenuatis, elongatis, oblongis, obtusis, cum caulinis sessilibus, ovato-oblongis v. lanceolatis acutis, dentatis; racemo aphylo elongato-virgato; pedicellis ebracteatis, calyce aequantibus, erectis; corolla purpurea, petalorum unguibus calyce pubescente dimidio exsertis, lamina obovata; siliquis pube furcata hirtis.

Hab. in Syria prope Svedie ad ostia Orontis (Kotschy coll. n. 24).

H. bicuspidatae proxima, foliis omnibus multidentatis, siliqua hirta, nec glabra, ac pube omnium partium furecata v. ramosa, necstellata, diversa.

**44. Menioecus aureus**; annuus, simplex v. multicaulis, pube stellata viridi v. subcana hirtus; foliis cuneato-linearibus, obtusiusculis, patulis; floribus aureis, petalis obovatis retusis, calyce flavo duplo longioribus; pedicellis fructiferis horizontalibus, siliculam plerumque aequantibus; silicula subrotundo-ovali, laevissima, stylum persistentem 2—3plo superante.

Hab. in Syria circa Aleppo (Kotschy pl. Alepp. n. 27).

A. M. linifolio praeter indumentum minus densum magisque virescens, floribus 3plo majoribus, aureis, ac stylo elongato, nec 5—6plo silicula breviore, differt.

**45. Draba heterocoma** (Sect. ALZOPSIS DC.); caespitans, scapis glaberrimis aphyllis; foliis radicalibus confertissime rosulatis, demum reflexis, carnosulis, cuneato-linearibus, obtusiusculis, turionum stricte erectis, in comam conniventibus, anguste linearibus, elongatis, utrisque rigide ciliatis, muticis v. aristatis, glabris; racemo multifloro, pedicellis glaberrimi-

mis; corolla aurea, calyce pilosulo duplo longiore, sepalis petalisque obovatis, integerrimis; staminibus calycem aequantibus; *silicula elliptica, pubescentia simplici hirsutissima, stylo brevi 5—6plo longiore.*

Hab. in alpium cacuminibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 37).

Proxima Dr. olympicae, quae scapo velutino ac siliculis cano-villosis a nostra differre videtur.

**46. Thlaspi drabaeflorum** (Sect. PTEROTROPIS DC.); annuum, glaberrimum, multicaule, subramosum; foliis radicalibus petiolatis suborbicularibus v. obovato-subrotundis, *caulinis sessilibus cordato-ovatis, sagittatis, lobis rotundatis*, cum radicalibus integris v. subdentatis; petalis obovato-oblongis, *calyce 2—2½plo longioribus*; siliculis obcordato-subrotundis, sinu brevissimo ampio, septo elliptico, valvis distincte reticulato-venosis, *stylo elongato, lobulis rotundatis exerto.*

Hab. in Syria prope Svedie ad ostia Orontis (Kotschy. — Specimen unicum).

Proxima Thl. perfoliata, floribus majoribus, silicula distincte reticulato-venosa ac stylo elongato diversa.

**47. Hutchinsia aurea** (Subgen. CHRYSOCHAMELA); annua, multicaulis, simplex v. ramosa, glabriuscula v. pubescens; foliis sessilibus, radicalibus ac caulinis inferioribus oblongis linearibusve pinnatisectis v. partitis, lobis oblongis obtusis, v. linearibus acutis integerrimis, supremis linearis-sagittatis denticulatis v. integerrimis; racemo flexuoso, elongato, multifloro, nudo; petalis obovatis, calyce duplo longioribus; silicula ovali, stigmate subsessili.

Hab. in Syria circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 28).

Dividimus Hutchinsiae genus naturalissimum (*excl. sect. I. DC.*) e glandularum ac seminum numero et cotyledonum situ, in Lepidineis nimis inconstanti, in subgenera sequentia:

1. PETROCHAMELA. Corolla alba; glandulis valvarii 4, placentariis nullis; silicularum loculis 2spermis; seminum plurimorum cotyledonibus accumbentibus v. oblique incumbentibus. — *H. petraea* R. Br.

2. OREOCHAMELA. Corolla alba; glandulis valvarii 4, placentariis nullis; silicularum loculis 2—3permis; seminum plurimorum cotyledonibus incumbentibus. — *H. brevicaulis* Hoppe, *H. alpina* R. Br.

3. PSAMMOCHAMELA. Corolla alba; glandulis valvarii 4, placentariis nullis; silicularum loculis 5—12permis; seminum plurimorum cotyledonibus incumbentibus. — *H. procumbens* Desv. (Capsellae sp. C. A. Meyer, Fries et Koch.)

4. CHRYSOCHAMELA. Corolla flava; glandulis valvarii nullis, placentariis 2; silicularum loculis 3—6permis; seminum plurimorum cotyledonibus incumbentibus v. oblique accumbentibus.

**48. Iberis brachystyla** (Sect. IBERIDIUM DC.); suffruticosa, procumbens; cauliculis adscendentibus, puberulis v. nudis; foliis ramorum sterilium linearis-lanceolatis, acutis, confertis, *axillis plurimis fasciculigeris*, caulinorum oblongis, utrisque integerrimis, glabris, margine quandoque subciliatis; racemo demum cylindrico, multifloro, glanduloso-pubescente; petalis omnibus aequalibus, *spathulato-oblongis*, calyce glabro plus duplo longioribus; silicula late obovata, sinu acuto emarginata, *stylo subnullo, lobulis dimidio ac ultra breveire.*

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy. — Specimen unicum).

Affinis I. saxatili, racemo elongato, nec corymbiformi, petalis omnibus aequalibus ac stylo brevissimo, nec lobulis exerto, diversa.

### RANUNCULACEAE.

**49. Ranunculus lasiostemon** (Sect. HECATONIA DC.);  
 laxe albo-villosus; caudice hypogaeo cylindrico, subhorizontali, polyrhizo;  
 caule elongato, erecto, simplici, 1—3floro; foliis radicalibus longe petiolatis,  
 circumscriptione orbicularibus, palmati- 5- v. 3partitis, partitione inter-  
 media petiolata 3partita, lateralibus sessilibus, plerumque bipartitis, omnium  
 lobis elongatis, late cuneatis, ad trientem v. medium 2—3fidis, laciniis late  
 linearibus, apice inciso-bi-tridentatis v. integerrimis, caulinis 1—2, remotis-  
 simis, subsessilibus, radicalibus similaribus, laciniis angustioribus, integris,  
 supremo simplicissime bi-tripartito; pedunculis longissimis, bibracteatis; co-  
 rolla aurea, calyce villoso duplo majore, ampla; staminibus cum receptaculo  
 pilosis; carpellis glabris, rostro uncinato-recurvo multo breviore.

Hab. in subalpinis Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 10).

Proximus R. Villarsii, foliis albo-lanuginosis, multo majoribus, laciniis angustioribus ac longioribus, imprimis vero staminibus pilosis diversus.

### CRASSULACEAE.

**50. TELMISSA.** — *Eucrassulacearum genus novum.*

*Flores* tetrameri, pauciores quandoque 3—v. 5meri. *Calyx*  
 tri-quinquepartitus, laciniis obsoletis, dentiformibus. *Corollae* peta-  
 la 3—5, perigyna, oblonga, obtusa, concava. *Stamina* 3—5, peri-  
 gyna, calycis laciniis opposita. *Squamulae* hypogynae clavato-fili-  
 formes, ovariis breviores. *Ovaria* 3—5, libera, unilocularia, ovulo  
 solitario, ex apice loculi pendulo. *Capsulae* folliculares 3—5, liberae,  
 monospermae . . . . . — *Herba* subaquatica, a basi plerumque  
 ramosa, humilis; foliis alternis, teretibus, carnosis, basi solu-  
 tis; floribus longitudine ramorum sessilibus, subimmersis, ex-  
 traaxillari-oppositifoliis, ebracteolatis, parvis, albis.

Genus *Tillaea* proximum, ovariis uniovulatis, foliis alternis ac floribus extra-  
 axillaribus abunde diversum.

**T. sedoides;** glaberrima, caulinulis ramisque in cymam foliosam  
 bifurcam solutis.

Hab. in Syria circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 63).

**51. Umbilicus Aizoon** (Sect. ROSULARIA DC.); glandulosopubescentis; radice fibrosa; caulis simplicissimis, foliosis; rosularum foliis aggregatis, lingulatis, carnosis, ciliatis, caulinis 2—3plo brevioribus, alternis, oblongis, obtusis, deciduis; floribus 3—10, corymboso-subpaniculatis, confertis; calycis laciniis lanceolatis acutis; corollae aureae tubo calyce subbreviore, subangulato, laciniis duplo longioribus, elliptico-oblongis, acuminatis, glabris, carina glanduloso-pubescentibus, erectis; squamulis hypogynis obsoletis; staminibus medio corollae tubo insertis; carpellis interiore margine pubescentibus.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 204).

**52. Umbilicus globulariaefolius** (Sect. ROSULARIA DC.);  
 glanduloso-pubescentis; caudicibus incrassatis, demum elongatis; caulis

foliosis, adscendentibus; rosularum foliis aggregatis, patentissimis, *spathulatis*, *rotundatis*, in petiolum sensim angustatis, carnosis; *racemis* 2—7*floris*, *corymbiformibus*, per thyrsum cylindraceum elongatum dispositis, confertis, plurimis; *calycis laciniis* late ovatis, acutis; corollae (purpurascens) calyce duplo longioris tubo acute pentagono, laciniis sublongioribus, ovato-lanceolatis, acuminatis, post anthesim complicatis, subulatis, carina pubescentibus; staminibus corollae tubo basi insertis; squamulis hypogynis distinctis; carpellis glabris.

Hab. in Syria prope Svedie ad ostia Orontis (Kotschy coll. n. 203).

Cum praecedente nullae cognitarum specierum propius affinis.

### UMBELLIFERAE.

#### 53. ACTINOLEMA. — *Saniculearum* genus novum.

*Umbellulae* 2—4*florae*, flore centrali hermaphrodito subsessili, lateralibus 1—3 masculis pedicellatis. *Masc.* *Calyx* pentaphyllos, foliolis cuneatis, cuspidato-mucronatis, carinatis. *Petala* conniventia, oblongo-lanceolata, marginibus reflexa, carno-s-carinata, in laciniam aequilongam ecarinatam inflexa. *Stamina* 5, petalis alterna et longiora. *Hermaphr.* *Calyx* tubo oblongo tuberculato, limbo ut fl. masculis submajore, persistente. *Petala* et *stamina* fl. masc., caduca. *Styli* filiformes. *Fructus* a dorso subcompressus, oblongus; mericarpia semiteretia, quinquevittata, quinquejuga, jugis elevatis, obtusis, uniseriatim dentatis utrinque dense minute-tuberculatis, haud fistulosis, vittas maximas obtegentibus, valeculis angustis, evittatis.

Genus *Astrantiae* proximum, flore hermaphrodito solitario ac mericarpia jugis hand inflatis — minime vero vittis, quae in *Astrantia* pariter maxima, perperam ob auctoribus juga minora fistulosa dicta — diversum.

**A. eryngioides;** annua, glaberrima; caule a basi di-trichotome squarroso-ramoso; foliis alternis simplicibus, oblongis, serratis; umbellis alaris et axillaris sessilibus, solitariis, involucelli 5—6phylli foliolis oblongis, basi attenuatis, spinuloso-denticulatis, floribus viridulis.

Hab. in Syria circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 210).

**54. Carum elegans;** radice . . . . ; caule tereti, a basi di-chotome ramoso, glaberrimo; foliis majoribus tri-, minoribus bipinnatisectis, segmentis 2—3fidis sive partitis, laciniis linearibus elongatis, acutis, integrerrimis, glabris, vaginis adpressis, semiamplexicaulibus; involuci ac involucellorum foliolis 5—8, linearis-subulatis, pedicellis demum plus duplo brevioribus; calycis limbo obsoletissimo; petalis erectis, ovato-oblongis, semi-bitidis, lacinula acuta inflexa; stylis capitatis, elongatis, deflexis.

Hab. in Syria circa Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 265).

Species petalis ovato-oblongis, nec reliquarum more obovatis, insignis, C. Bulbocastano et divaricato affinis.

**55. Eupleurum croceum;** annum, glaberrimum; caule simplicissimo v. superne patenti-ramoso; foliis caulinis inferioribus amplexi-

*caulibus ovato-oblongis, superioribus perfoliatis late ovatis, summis orbicularibus, mucronulatis; umbellis 9—12radiatis, involucro nullo, involucelli 3—5phylli foliolis ellipticis, acuminatis, uni- v. trinerviis, aureis; floribus cum raduis croceis; fructus valleculis laevibus, evittatis.*

Hab. in Syria prope Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 235).

Proximum B. rotundifolio, involucellis multo minoribus, plerumque 3—4, foliolis uni- v. tri-, nunquam 5—7nerviis, ac floribus croceis diversum.

**56. Bupleurum Koechelii;** annum, glaberrimum; caule gracili erecto, superne dichotome patentि-ramoso, ramulis umbelliferis tenuissime filiformibus, *eximie flexuosis*; foliis angustissime linearibus, acuminatis, obsolete trinerviis, plerumque convoluto-filiformibus; ramulorum umbella terminali 3—5radiali, lateralibus omnibus abortivis, ad pedunculos axillares apice 2—3foliolatos restrictis, involuci ac involucellorum foliolis subulato-lanceolatis aristatis, fructibus brevioribus, erectis, umbellulis 5—10floris; fructus valleculis evittatis.

Hab. in regione inferiore Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 210).

Species elegantissima, ramulis flexuosis ac umbellarum lateralium abortu constanti insignita, B. tenuissimo et gracili affinis.

**57. DICHOROPETALUM. — Pachypleurearum genus novum.**

*Flores omnes hermaphroditici. Calycis limbus quinquedentatus, dentibus carnosis, obtusis. Petala aequalia, suborbicularia, basi in unguiculum obsoletum rursus constricta, integerrima, involuta, carina, extus in granulum lineare clavatum incrassata, intus in aciem acutissimam usque ad apicem adnato-productam prominente quasi bilocellata, lacinula inflexa minima, obovata v. subquadrata, sublibera. Fructus glaberrimus, a dorso lenticulari-compressus, raphe marginali; mericarpia quinquejuga, jugis elevatis, dorsalibus tribus approximatis farctis, lateralibus marginantibus latioribus (dendum alatis?), valleculis et comissa evittatis. Carpophorum et semen . . . . .*

Genus petalorum indole ac fructibus evittatis insignitum, Pachypleuro ac Stenocoelio cognatum.

**D. alpinum;** perenne, viridi-glaucum; caulis simplicibus v. subramosis, adscendentibus, glabris; foliis radicalibus congestis, pinnatisectis, segmentis ovatis, oblongis, v. lanceolatis, nunc omnibus v. plurimis integerimis, terminali 2—3fido, nunc inaequi- 2—3fidis sive partitis, laciinis integris v. inciso- 2—3dentatis, carnosulis, rigidulis, marginibus incrassatis venisque scabris, caulinis paucis ad vaginas cuspidatas squamaeformes redditis, infimo quandoque radicalibus subconformi; umbellis inaequi- 3—5radiatis, involucro nullo v. monophyllo, involucelli foliolis 5 cumque illo subulatis; floribus primum purpurascensibus, demum dilute flavis, stylopodio convexo, croceo.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 213).

**58. Ferula pachyloba;** caule . . . ; foliis tri-subquadripinnatisectis, 4—5jugis, jugis primariis ac secundariis remotis, petiolis cum petiolulis teretiusculis, segmentis abbreviatis tripartitis, partitionibus incrassato-filiformibus, 2—3lobis, lobulis dentiformibus, clavatis, obtusissimis, glaucis, glaberrimis; umbellis plurimis, confertis, oppositis v. 3—4 verticillatis, involucri ac involucrorum foliolis 5—10, lanceolatis, flaccidis, membranaceis; petalorum lacinula inflexa, obtusissima; mericariorum vittis dorsibus sparsis, 7—9, superficialibus plurimis, comissuralibus 4—6. — Herba vulnerata gummiresinam fundit.

Hab. in alpibus Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 227).

Nescio cuinam speciei, nisi F. rigidulae DC., affinis.

**59. Dorema meifolium;** caule . . . ; foliis quadripinnatisectis, jugis primariis ac secundariis 5—8, segmentis multipartitis, lacinulis subulatis abbreviatis, cum petiolis secundariis dense muricatis, superiorum caulinorum vaginis amplissimis coriaceis; umbellis cum fructibus glaberrimis, longe pedunculatis, ternis quaternis verticillatis, prolificantibus, centralibus sessilibus fructiferis, radiantibus 3—4 elongatis, sterilibus, masculis; involucri universalis oligophylli foliolis linearibus, flaccidis, umbellarum sterilium ac involucrorum setaceis 5—10, brevissimis; petalis flavis, lacinula inflexa obtusa.

Hab. in Syria prope Svedie ad ostia Orontis (Kotschy. — Specimina 2).

**60. Johrenia Tordylium;** annua, glaberrima; caule simplici v. dichotome ramoso; foliis omnibus pinnatisectis, segmentis cum imparibijugis, ovatis, ovalibus v. oblongis, inaequijugis 3—7lobis, terminali subregulari 3fido- v. partito, lobis ovatis, obovatis, ovalibusve inciso-serratis; umbellis 8—14radiatis, involucro nullo v. oligophyllo, reflexo, involucellis 5—10phyllis, utrorumque foliolis subulatis; calyx inaequaliter acute dentato; petalis florum marginalium radiantibus maximis, bipartitis.

Hab. in Syria prope Aleppo (Kotschy pl. alepp. n. 233).

Char. generis locupletatus: Calyxis limbus inaequidens, dentibus acutis. Petala sessilia, obovata, emarginata, lacinula inflexa, obtusa, exteriora radiantia, maxima, bipartita. Mericarpia quinquejuga, jugis late univittatis (!), valleculis cum comissura crassa evittatis. — Genus, nonnisi vittarum dispositione, a Tordylio parum diversum.

**61. Turgenia foeniculacea;** annua, glaberrima; foliis decompositis, lacinulis capillaris, radicalium abbreviatis, caulinorum elongatis; umbellis longe pedunculatis 2—3radiatis, exinvolucratis, involucellarum foliolis 2—3, setaceis, flaccidis; fructibus ellipsoideis, mericariorum jugis primariis muricatis, secundariis latissimis, bi-subquadriseriatim aculeatis, aculeis rectis, laevissimis, apice 4glochidatis.

Hab. in regione inferiore Tauri occidentalis (Kotschy coll. n. 218).

Species insignis, habitu, foliis ac involucrorum inde Caucalide, fructu Turgeniam exhibens. Aptius certe hoc genus cum Torilide priori subjungendum.

